

vt repererint. Vtinam sæpe multūq̄  
 in dubijs præsertim ac periculosis ca-  
 sibus, similiter fieret, atq̄ ab extincto-  
 rum cognatis precibus obtineretur  
 secare corpora vt integrum esset, non  
 dubito eiusmodi sæpe res oblatū iri,  
 quæ vsu notatūq̄ vtilis atque dignæ  
 forent.

Qui in fellis receptaculo fiunt la-  
 pilli, magnitudine lentes, pisa, fabas,  
 auellanas, aut digitorū articulos, vel  
 iuglandes etiā adæquant: forma par-  
 tim rotūdi, partim angulosi: ijq̄ aut  
 pentagoni, aut heptagoni, aut octago-  
 ni, aut plurium etiam angulorū: quo  
 enim plures simul reperiuntur, eo ma-  
 gis sunt angulosi: oēs vt tophi leues,  
 colore ad flauum accedēte, qui cum  
 ipsis augetibus paulatim in cro-  
 ceum mutatur, modicè solidi: fracti,  
 intus subpuniciei apparent, pleni an-  
 gustis circulis seinuicē ambientibus,  
 ita vt videre sit cuiuis saltē obiter ad-  
 uertenti, quomodo lenta & viscosa  
 bilis